

C Aliqui etiam Thessali sectatores recenti incisuræ, siue uulneris passione subigí dixerunt: Non enim oportet locorum differentia coenoteton mutare uirtutem externam. Igitur corporis eruptione recentem dicimus incisuram, quo erit consequens, ut etiam interiorum eruptio huic coenoteti subiicitur. Sed hijs respondemus, quoniam passio non chirurgia, sed dieteticarum traditur curatione: Omne etenim adiutoriū, quod adhiberi uidetur supradictis fluoribus est dieteticæ partis, non chirurgicæ. Quapropter dieteticas scriptores libris regulis, quos dieteticos uocant, de hæmoptycis scripsierunt, quos nos sanguinem spuentem nuncupamus. Chirurgi uero in chirurgumenis hoc memorare non ausi sunt. Ipse quoque Thessalus secundo libro Dietetico de fluore sanguinis scribens, nihil in chirurgumenis memorauit, & impropriam, quod sola dieta curetur, in adiutorijs adhibendis chirurgicæ coenoteta scribere. Nos uero iuxta Soranij iudicium, siue in exterioribus, siue interioribus corporis eruptionem factam recentem diuisuram recte dici probamus, atque etiam solutionē cognominamus, sed in exterioribus attentionē recentis uulneris iudicamus: Hæc enim nos necessariò rapit, siquidem solutioni diuisura dominetur, & signitorum uel fabularum coniunctionē ex initio depositat, atque hæc diuisura aptissima uideantur, qua non in omnibus sunt congrua solutioni: Etenim sagittarum diuisuræ laxatiæ necessariò accipiuntur. Interiorum uero eruptionum diuisura surgente solutionis coenotetam ipsam magis cogimur iudicare: Siquidem prior oculis occurrat solutio, ac deinde diuisura ratione atque intellectu mentis apprehendi uideatur. Secundo, quod cum sint multæ differentiæ fluoris sanguinis, omnes uni subiici solutioni, hoc est, eruptionis & ulcerationis, & sudationis, qua non cogatur. Hæc causa fluoris differentias querere, aut alia coenoteti eruptionem adscribere: alia ulcerationem, & non eidem sine ulcere uel ruptione, uel emissione emissum fluorem. Tertio, quod nullo adiutorio chirurgicæ uti cogamur, sed omnibus congruis solutioni, qua sepe conseruerter etiam glutinationem partium perfecerunt. Ad summum quidem, est recentis incisura siue uulnus coenotetes, sed ex medicaminum regula, quam Graci pharmachian appellant, dieteticæ parti ingesta apte curatur: Quibus etiam supradicta passio concuratur, obstinente iudicio solutionis. Hæc sunt fluoris sanguinis coenotetes: Eas enim qui hijs cognominari atque conscribi possunt præscripta lectione tradidimus. Nunc curationem necessariò ordinamus.

D E C V R A T I O N E. C A P: XIII.



Portet igitur ex qualibet parte sanguinem fluentes iacere loco mediocriter frigido atque obscuro, lecto immobili, & scheme declinato, ut paulo promptius caput leuatum habere uideantur, stramentis non nimie cedentibus, neque calidis, & ut potuerint uno atque eodem scheme perseverantes, hoc est, immobiles: præterea animi intentionibus resolutos: uehementer enim motibus corporis animorū cura saepius turbationes addiderunt. Erunt etiam solo consternenda folia atque rami lentisci, uitis, mali punci, talliæ, muræ, salicis, pini, & horū similiū, & quibus sine capitib[us] iniuria constrictiūs aër adnatus atque confectus congrue ægrotantibus inspiramentis inscratur: Non enim cibi atque potus ratio ac diligentia curanda est, qua interuallis distantibus adhibetur, quo constrictionis faciant commodum, uel fluentiam retineant, potius quam aër, qui in pausabiliorem inspirationem adductus, omni parti atque particulae

A particulae corporis ingressu suo fluentia faciat cohiberi, miti densitate persuasa. Conuenit præterea, ægrotantes delatiore lecti sessione declinari, ut omnifariam immobiles curandi perseuerent. Prohibere etiam occasiones, quæ potest passionem in commemorationē perducere, ut locutionis uel uisus: ne aut eadem plurimis fabulis reuoluendo, aut inspicioendo quæ exclusa sunt, uiso a moniti commoueantur. Conuenit denique etiam sanguineos colores parietum, uel straminum, siue experimentorum declinare. Adhibenda præterea cibi abstinentia, permittentibus uiribus, usque ad tertium diem, non ob relaxanda corpora, sed quo altiora, quorum est officium accepta digerere, immobilia perseuerent: Omnis etenim ciborum appropriatio motu quodam necessario perspicitur: Quo fiet, ut ea quæ sunt aptissime conglutinanda, motu resoluta differantur. Quapropter ob acceptorum digestionem ciborum sumi prohibemus, & abstinentiam utilissimam iudicamus. Prohibendi denique ægrotantes ab officio locutionis, ut si quid uoluerint, usibus nutus, uel scriptura dari significant: magis quando ex pulmonis cannula, quam Græci arteriam uocant, uel ipso pulmone, aut thorace sanguinis nascitur fluor. Conuenit etiam articulorum tenacior ligatura, si uehemens fuerit: Densitati etenim articulorum patientes continent partes. Item spongiarum mollium ac lymperiarum, & leuium, ex aqua frigida, uel aqua & aceto, uel decoctione malii punici, uel rubi, aut lentisci, aut myrræ patientibus partibus appositio, hoc est, ex quibus sanguinem ferri agnoverimus. Et erunt hæc iugiter commutanda, ne naturali corporis uapore tepeſcant. Ac si spongia uisa fuerint ægrotantibus graues, erunt apponenda ptygma ex supradictis liquoribus infusa, aut succo plantaginis, uel intybi, aut herba calicularis, aut uua lupinæ, quam Græci strychnon uocant: uel semperuia, ^{spongia}, ^{avizionis} quam atzoon appellant, aut polygonæ, & acaciæ ex aceto soluta. Ac si ex capite fuerit sanguinis fluor, erit psilothro expoliandum. Tunc fomenta adhibenda ex oleo uiridi, aut roseo, aut lentiscino, aut melino, aut murtino. Sin vero plurimus fuerit fluoris lapsus, radendum caput, atque gypso illiniendum, uel acacia ex aceto, magis frontis atque temporum partes. Perseuerante fluro cucurbita quoque apponenda, subiecta flamma plurima occipitio. Si autem etiam per nares ferri uideatur, erunt stypteria immittenda siccata, uel aceto ^{summis} infusa, uel alia qualibet ex liquoribus supradictis. Ora quoq; spongia ex aqua frigida expressa iugis tactu detergenda. Tunc etiam cataplasmatum adhibendus est usus ex rebus constrictiis atque epithomatibus, quæ paulo post cum suis nominibus ordinabimus. Danda etiam aqua frigida, uel pusca frigida, aut garum sine ullo percussu: quoties ex proximis partibus gutturis sanguinem ferri uiderimus: Ac si per inferiora, uel altiora ferri sanguinem uiderimus, sorbendos dabimus cyathos duos uel tres. Quod si minime mederi ualuerint, etiam succus plantaginis, aut intybi, uel uua lupinæ, aut polypodiæ, aut herba calicularis, aut roseæ offerendus, & neque plurimus iugiter, ne percussu partes noceantur, aut liquororum influxione, quæ quidem sunt constrictiæ uirtutis, redundantia tamen laxare uideantur: nec rursum longioribus interuallis: Sic enim frigus à nobis illatum naturali uapore obtusum parui temporis medullam dabiquatam. Tunc tertia die træfacta, hora accessionis solitæ articulos leuiter ungemus frigido atq; uiridi oleo. Dehinc detergemus faciem quoq; spongia aqua frigida expressa retangentes: cibum dabimus paruum constrictiū, ut panem ex aqua frigida, uel pusca, aut alica similiter, uel oryzæ, decoctione thebaicarū palmularū confecta, uel easdē ex aqua recenti confectas. Aut si plurimū ^{valere}

C ualere hæc uoluerimus, aqua coelesti, donec liquor mellis habeat crassitudinem, aut ex malis cydonijs: Tunc etiam danda oua tremula ex pusca, aut rore syriaco aspersa. Dandus etiam panis simplex, aut infusus. Tunc interposito spacio temporis dandus potus aquæ frigidæ paruæ. Dehinc permittentibus uiribus alternis diebus æger nutriendus, etiam si nondum repressus fluor uideatur, usque ad Themison. id tempus, quo cicatricem firmatam senserimus. Quod quidem Themisonis Thessalus. atq; Thessali sectatores usq; ad septimum diem seruari dixerunt, hoc est, trium Antipater. diatitorum spacium: Ut enim Antipater ait tertio Epistolaru libro ad Gallum „ scribens: Naturalis est ratio trinū numeri, non solum in diebus, sed etiam in o Soranus. minibus diatritis. Sed est melius, ut Soranus ait, quoniā non æqualitēpore, nec dierum numero cunctis poterit cicatricis firmari soliditas, ob alias causas, & ob fortitudinem corporis, ac debilitatem, pro differentia naturali uariatam: necq; nos unum atq; eundem signare poterimus finem. Dehinc sequentibus diebus aliqua erunt emplastrorum apponenda, aut epithematum constringentium atq; frigidantium: Quæ sunt plurima particulariter: Etenim Thebaicæ palmulæ uel no acriori infusæ, uel aceto contritæ, admixtis malis cydonijs decoctis, aut malis punici corticibus, aut alumine, uel acacia, aut hypocistide, aut galla, aut cenanthe, aut aloë, aut cerotario ex oleo roseo confecto, uel melino, aut myrtino, aut lentiscino, aut ceananthino, aut mixto etiam mastiche trito, aut melle decocto, galia contrita, aut aspera, aut puluere malipunici, uel manna thuris admixto alu mine Liparo, quo malagmatis sumant omnia qualitatem, tum linteo, uel pan no illinita patientibus partibus apponenda. Vel illud medicamen, quod libris Ce

Medicamen lerum passionum memorauimus, de cardiacis scribentes, & appellauimus dia diaroos. roos, uel ex polento, & uirgultis rubi, uel arnoglossæ, aut herbæ sideritis, uel

D iuæ lupinæ, aut caliculariæ, aut anulorum uitis, aut semperiuæ. Item intyba cum pane ex aceto, aut palmulis, aut murtæ mollibus folijs, aut eiusdem semine uiridi ante cibum offerenda, uel ante cibum elixum aut non coctum panè, & plantaginem exaceto coctam, & uiridi oleo, asperso rore syriaco. Item bulbi ex aqua & aceto, & rore syriaco confecti dari poterint cibo. Non aliter etiam cochlearæ erunt offerendæ: habent enim quiddam glutinis naturalis utraque, & compaginandi uirtutem, cum proficiente curatione. Danda etiam pomoru quædam, ut mala cydonia cocta recenti mulso: uel torrida, præsumpto tegmine, farina conspersa, aut sorba, aut malipunici grana, aut fabrilium uuarum. Item uolantium non pinguia, ut sunt pectora turdorum, uel pullorum matrem sequentium. Item columbarum, aut phasianorum, aut attagenarum, aut perdicum, quarum erunt marta pectora penetranda. Tunc etiam porcinæ carnes, cerebrum, pedes, auricula, ora, uel auricularum summitates, quæ uel fuerint nutritibilia, nec tamen difficultia digestione. Dandum etiam catapotium ex melle decoctum, sub lingua detinendum singulare, aut admixto gummi, uel draganto: Etenim sufficenter decoctum mel, sicut in externis corporum glutinat diuisuras, non aliter etiæ interioribus mederi necesse est, atque iam glutinata solidare proficiente curatione. Dabimus etiam uinum, & magis illud quod fuerit mordicantis uirtutis, hoc est quodam sensu linguam remordentis. Tunc ad summam paulatim erunt agrotantes resumendi, cum præcautione uehementi commotionum: Sunt enim leuiter atque sensim mouendi, portatoria scilicet, uel cathedraliore, & firmato corpore lauandi: Etenim lauaca feruoris causa atq; motus illati, quod corpora celerato spiritu agitantur recentium glutinationum, atq; mollium uulnerum reducerantia probantur: Cum enim oporeat

A oporteat coherceri atque densari patientia loca contraria qualitate, necessariò ue
xantur feruoris illati causa: Inflata etenim parua ex occasione, atque turgentia
reducerant. Praecauenda deniq; etiam uehementia exercitia, & magis reten-
to spiritu peracta: Tunc utendum peregrinatione terrena atq; maritima: Et si
corpus uiderimus non attestante fortitudine augmenta carnis accepisse, erit ab-
stinentia cibi imperanda. Tunc sequentibus diebus paruuus dandus est cibus ui-
no detracto: Etenim cicatricis nouitas: quippe ex uenarum uasculis confecta
atque nondum fortificata, si carnis pondere fuerit prægrauata necessariò, rum
petur. Semper autem oportet uentremitius emollire: acriores etenim clyste-
res incongruis motibus lacerant cicatrices, atque recursum faciunt pass. onis: ac
si uehemens atq; plurimus fuerit sanguinis fluor, erunt extendendæ adiutorij
virtutes. Acetum denique syncere dabimus ore retinendum, uel gargarizandū,
aut sorbendum, spreto quorundam iudicio, qui asperum, uel tussiculam com-
mouens, atque fluorem prouocans acetum dixerunt: siquidem etiam gelatum
sanguinem soluat: Etenim asperat, uel tussiculam commouet, si iugiter atq; im-
modice fuerit datum. Soluit autem eius percussibilem virtutem distantia tempo-
rum oblatione uariata, qua non sensibili tactu, sed remissibili quadam digesti-
one longioribus actibus immoratur. Item quod fluorem non prouocet demon-
strandum non est: siquidem sit manifestum, in externis corporibus uulneribus
constitutis necessariò fecisse densitatē: & propterea conducibilis atq; glutinan-
tis virtutis fuerit approbatum. Danda etiā acacia aceto soluta, aut pulca, aut ex
supradictis liquoribus: non aliter etiā hypocystis, uel liciū indicū, aut ompha-
cium, uel balaustium, aut cenanthe, aut polios herba, aut gentiana, aut macir,
aut ponticum, uel ægyptia spina, quam acanthan uocant: quarum nunc sunt ra-
dices infundendæ, uel decoquendæ, nunc earum succi uel lachrymæ admiscen-
da: siquidem sint frigidæ atque constrictiæ uirtutis conuenientia obturamen-
ta. Item corticis uasculi uerustissimi uini exusti triti puluerē asperum tribus cya-
this pulce frigidæ, aut decoctionis, de qua supra diximus, bibendum dari, in mo-
dum cochleariorum duorum: Etenim constringit cortex inueteratus, & magis
antiquissimi uini commutatus tarditate temporis aucta uirtute. Utendum etiā
trochiscis confectis ex supradictis speciebus. Item ex rosa seminibus trochiscos,
quorum compositionem Responcionum libris de medicaminibus dicentes tra-
didimus. Item quod appellatur dielectrū: item œnocraton, & alia similia: quo-
rum compositionem, ut supra dictum est, Medicaminū libris tradidimus. Ac
si coadceruatus perseuerauerit sanguinis fluor, utendum etiā uehementioribus
quibus obturentur altiora, sua & teneritudinis cause, tamen erunt oxyus adhi-
benda, ne passionis ipsius impetu in manibus nostris uitam linquere cogantur
ægrotantes. Prædicto igitur periculo eorum proximis aut ministris, uel quod
producta uita spem sape dederint sanitatis, erunt hæc adhibenda supradicti cor-
ticis cīnis exustus cum liquida pice spongea impressus, decoctio lentisci, & ro-
ris syriaci, & elygmatum supradictorum suorū: Nam hæc conficiuntur hoc
modo: Agmine uitis uistis uirgultis, atq; ex eorum cinere confecto liquamine,
selicet aqua imbriali admixta, quam uulgo cisterninam uocat, dabimus ex ipsa
bibendos cyathos tres uel quatuor, nullis alijs speciebus admixtis: Nam quidā
in hijs si febrisibus adficiantur etiam uinum immiscuerunt uividum, uel spongea
usta cinerem, qui conficitur hoc modo: Spongia expressa aceto, atque pice li-
quida madefacta uasco nouo includitur teste: tunc circuntegitur luto, &
usque eo inuritur, donec carbonescat: Dehinc trita in puluerē, ex quo cochlea-

F. ris unius

Cris unius quantitas aquæ uel pusca frigidæ mixta datur bibenda. Vel si uirtutē medicaminis augere uoluerimus, tinctam, ut supra diximus, spongiam liquidæ picis puluere bituminis aspergimus. Decoctione autem lentisci conficitur hoc modo: Eius uirgultorum sumentes sufficientem modum aqua imbrialis infundimus festarijs duobus. Tunc decoquimus: & cum semel uel secundo scatere uiderimus, expressas detrahimus lentisci comas: Tunc liquorem decoquimus, donec ad tertiam partem deducatur, cuius cyathum admixtum duobus cyathis aquæ bibendum propinamus. Non aliter etiam electariorum decoctione conficitur. Ob electarium autem conficiendum erunt sumenda mala punica recentia uel infusa, nisi fuerint mollia: Quibus contusis atq; compressis, aliquantū detrahimus succum atque decoquimus, donec mellis crassitudinem sumat. Et quantum medicaminis uirtutem tendere uoluerimus, tanto ualentius mala exuecamus, quo expressa ultimum atque crassiorem succum dimittant, ut etiam eorū cortex si quid humoris habuerit sudet. Conuenit etiā medicamen, quod

Themison. Themison ordinauit hoc modo: Malū punīci partibus duabus aloē admixta parū cochlearis quantitate cum aqua frigida offerendum. Ac si solutio perleuera-

Diateon uerit, addenda etiam constrictiua cucurbita patētibus partibus: Tum **diateon emplastrum.** emplastrum, quod uehementer astringit, superimpositis spongijs aqua pusca infusis, ut supra scriptum, ciborum qualitate permanente. Dandum etiam no-

Medicamen cōsīstis initio medicamen, quod diaporon appellant, uel diazymon, siue cara-

diaporon. potia, quæ Medicamentum libris prædiximus. Nunc autem perficienda conscri-

Diazymon = psimus hoc modo: Gummi & acacia & quis pōderibus, admixto alumine scisso

non. ad duplex pondus, quæ sunt colligenda decoctione papaueris, & danda qui-

Dbusdam in duplīcem modum. At si quisquam non plurimum sanguinem fluxerit, nec tamen materia ferri cessauerit, conuenit etiam tertia die phlebotomiam a ihibere. Etenim ex eo quod sanguis ferri non quieuerit, manifeste cōsūmū glutinationem partū non fuisse perfectam diuisuræ, siue uulneris: Et propterea in tumorem uenisse perspicimus: Omne etenim uulnus, quod usque in tertium

Theſſalus. diem glutinari non potuerit, necessariō tumescit. Theſſalum denique indigna-

Soranus. accusatione appetitum Sorani sententia recte purgavit: Tertia etenim die phle-

botomandos sanguine fluentes constituit, nutriendis constrictiō cibo, non inconsequētia ordinans adiutoria, sed tanquam complexis passionibus apta, ut contrarijs contraria obijcere uideantur. Ac si etiā intra diatrii tempus fuerit at-

testata partium grauedo uel dolor, aut spiratio difficultis, uel tussicula sicca, phle-

botomare conuenit, atquē aērem loci paruissimi trepidare, & ijsdem partibus

lanas oleo calido uiridi expressas apponere, uel ob sanguinis fluorem ea ordi-

nare, quæ glutinare ualent, sed uirtutis frigidæ non sint, neque transuorationis

asperuent loca, nec tumorem commoueant. Plurima dabimus etiam famiæ ter-

ra, quam gesastera uocant, uncia partem tertiam cum duobus uel tribus cy-

this aquæ tepidæ. Non aliter etiam amyolum, uel argallī radicem, atque foli-

orum eius succum. Conuenit denique sub lingua retenta eius radicis particu-

la, siue amylī, siue terra supradictæ. Danda etiam ex gummi siue draganto, &

thure, & opio, & hijs similibus confecta electaria. Tunc tercia die accepta di-

atributi temporis obseruatione, non solius fluoris, sed etiam febrium, erunt ægro-

tantes oleo calido atque plurimo, & uiridi perungendi. Facies quoque aqua

tepidā fouenda: Cibus dandus complexioni passiōnis aptus, & pultes ex oryza

uel alica frixa, siue simplici, uel milio, & decoctione calida, sed non oleosa, ac po-

tius siccæ, uel ex oleo uiridi confectæ, aut cum palmulis, uel amylo, admixto ges-

teros,

T R O I O S

Asteros, aut argallici radicem incoctam. Cæteris uero diatritis, hoc est interualis dierum trino numero seruatis cogentibus doloribus erit utendum fomentis, atque cataplasmatibus laxatiuis: nunc etiam cum scarificatione cucurbitis, siue hirudinibz appositione, quas sanguisugas vocant: Tum uaporatio spongiorum apponenda. Sia uero etiam fluor periculosus fuerit sanguinis, cum tufficu lauel asperitate gutturis, erit utendum quidem cōstrictiuis epithematibus, sed calidis: Dandum etiam sorbendum mulsum ex melle decocto, & a uino abstinentum. Danda denique aqua potanda calida, sed paruo modo, tum sorbilia, quæ passioni uirtute apta mederi possunt, ut est amygdala ⁺ ex pusca in mulso ⁺ expolita.

B decocta quæ abiçienda, & admittendū amylī quantū ualeat mulsum in quandā crassitudinem redigere. Deinde similibus electarijs, atq; sub lingua continens medicaminibz utemur tempore amissionis, ut est mel atticū admixto gummi, uel dracanto decoctum, aut glycyrriza, uel eius succo: nisi quisquam ægrotantium hoc improbauerit nausea commotus, quo eius stomachus facile moveatur. Itē ex lini semine trito, & tracanto drachmis duabus, & amygdalis expoliatis **XXV**, & strobilorum granis **XXX**, & ouī unius tostī uitello, & amylī drachmis duabus, infuso passo sufficiētis quantitatēs, quo medicamen elestatā crassitudinē sumat. Sin uero etiam rauci fuerint ægrotantes, erit mel decoquendum cum ceteris speciebus singulatim, resoluto tracanto, ex infusione passi confecto: Terminatur etenim asperitas faucium, uel transuorationis partes leniuntur, & tussicula mitigatur, sputa sanguinolenta reprimuntur. Danda etiam noctis initio, nisi febrīum obſtiterit accessio, simplex diacodion. Continuū uerò medicinū usum, quæ tussicularia sunt appellata, siue eorum immodi- *Tussicularia* cam quantitatēm necessariō fugiendam mandamus: Est enim melius simplici *medicamina*. bus atque consuetis mederi rebus: Illa enim temporaliter quidem mitigare uidentur tussientium motum, sed passionem totam faciunt deteriorem. Ac si attente tumore fluor perseverans produxerit tempus, in iisdem perseverare conuenit, quæ supra memorauimus, admixto etiam lacte. Si minui tumorem uideamus, dandum quoq; lac amyłatum, & panis laganum, pultibus infusum, sed exfermento confectum, quo panis habeat qualitatem, faciat etiam medelam meliorem. Strobilus deniq; cum suis fructibus, quod in semet habeat resinale, ptisana decoctus. Dehinc profectu cedente erit panis cū malua decoquendus, sed non exquisite conditus. Danda etiam ptisana cum lenticula, quam Græci psylanæ uocant, & apponenda extrinsecus cerotaria ex murtino uel lentisco, aut melino oleo confecta: Tum urgentius augenda resumptio, ut supra demonstrauimus: atque ita abstento sanguine, quoad fiet glutinatione perfecta, At irruente tumore erit coniçendum, uel aduertendum, utrum glutinatio fecerit retentionem, cum neq; grauedo, neque dolor, autopunctio, uel pulsatio, uel saltus partium, aut extentio, uel febris cum arida tussicula, aut stridor, aut singultus, uel quæpiā sanitati impedita saucietas ægrum sequi uidebitur: sed sic qualis atque ordinata spiratio perseverans. Tum si tumoris causa fuerit retentio sanguinis temporaliter effecta, quæ necessariō sordidum atque humectum uulnus efficiat, phthisicorum fluorem pronuntiamus. Tum cum producto tempore sanguinis fuerit ruptio uariata, erit curatio pro motibus temporum uarianda, ut superpositionem emergentem eadem curatione curemus. In lenimento uero leues atque quietos adhibemus motus, sub magisterio aliptæ uel musici, quo etiam uocis exercitium artificis præcepta moderetur, cibus dandus ex me, dix qualitatis materia, adhibitis resumptiuis cyclis, in quibus non erunt repen-

Ctinæ mutationes faciēdæ. Sed nunc ex mediæ qualitatis materia primus ordinans
dus est cyclus, dehinc ex uolantum secundus; tunc ex agrestium tertius, atq; ex
porcinis carnibus ultimus: Et coniunctis deinde duobus cōtiguis ordo dirigen-
dus, atq; ita omnibus, sed singulis materialium speciebus erunt magis conſtrin-
gentia procuranda, ut in oleribus intybum, plantago: in marinis Squilla, mul-
li; in uolūtibus perdices, phasiani, attagenæ; in agrestibus, lepores, capreæ: Et si
celeriter ægros crassificari uiderimus, erit abstinentia intercalanda: Tum uen-
ter emolliēdus. Utendum præterea partiliter nunc aquæ potu, nunc uini leuite
remordentis: deinde ueniendum ad recorporatiæ curationis materiam latenti
motu adhibita drimyphagia, ex pisco gobione, admixto melle. Dandi etiam pi-
sces & cerebrum una tantummodo die, atq; interuallatis diebus adhibitis loca-
libus adiutoriis recorporatiis, ut dropace, partibus primo quæ fuerint remotæ
patientibus: Tunc uicinis, ac deinde ipsis addendus etiam ex sinapismo rubor,
quem Græci phoenix uocant, atq; sicca fricatio. Tunc torrendum corpus
sole, quod Græci heliosin uocant. Adhibenda quoq; paroptesis, & aliquando
sicca cibatio, aliquando cum pane palmula offerenda, & imitanda confuetudo
frigida lauaci, atq; potus paruus scilicet primo, ac deinde auctus suggestione,
quo possint etiam hijs ægrotantes uti partiliter: Facit enim duriora corpora, atq;
ualentia, acceptorum uel gestorum differentia contraria mutatione uariata:
quanquam sint ex eodem genere uenientia. Utiles præterea nauigatio approba-
tur, & peregrinatio comprobatur; inde enim res salutares uenient. Præcauenda
etiam Venus: facile autem hæc passio refricatur. Hæc est secundum methodicos

Dordinata curatio. Apud ueteres uero dissonantia sunt ordinata: Etenim de sche-
mate iacendi, atq; phlebotomia, & ligatione, & constrictiis, uel frigidis cata-
plasmatis, & acetō bibendo uaria disceptatione pugnatum est. De schemate
inquam, iacendi: siquidem alijs supinos iubeant ægrotantes iacere: uel super eas

Asclepiades. partes quæ non patientur. Item Asclepiades conſequenter approbat supra par-
tes quæ patientur esse locandos ægrotantes: siquidem cum scriberet necessarias
esse curationes adprehensa causa sic fuerit elocutus, etiam sanguinem inquit flu-
Erasistratus. entes ita esse locandos. Siquidem Erasistratus phlebotomari præcepit patien-
tes. Alij uero eius sectatores etiam fieri principaliter damnauerunt adiutoriū ge-
nus tanquam uirium uexabile. Item plurimi nostrorum tanquam laxatiū, &
propterea inconueniens fluoris sanguinis ex solutione uenienti, & indignum ad

Hippocrates. conſtrictionem. Alij adhibendum probauerunt, ut Hippocrates de morbis scri-
bentur.

Diocles. Diocles libro quo de passionibus, causis uel curationibus scriptis, Prax-

Praxagoras. goras libro tertio de curationibus. Itē Asclepiades libro, quo de clysteribus scri-

Asclepiades. psit: Dehinc Themison secundo libro Tardarum passionum: & Theſſalus se-

Themison. cundo libro regulari; sed adiecta discretione: Etenim si tertia, inquit, die rursum

Theſſalus. Theſſalus. sanguinem fluxerint ægrotantes atq; plurimum, quod intelligitur tanquam in

complexis passionibus, hoc est, ſtrictura obtinente, faciendum approbasse: Alij

uero omnes statim, atq; ſine uilla dilatatione phlebotomandos dixerunt: & magis

ſi ex thorace, uel pulmone ſanguis fluxerit, uel plurimus auertēdæ materia cau-

ſa, quo patientibus partibus derelictis, aliorum ferarur, hoc est ad eas quæ non

patientur, uel ob educendam materia multitudinem. Denique ſaepè inquiunt

faciendam confuetudinem, ſi oportuerit ſemel, & ſecundo, uel tertio, quo re-

currens ex brachio post abstinentiam ſanguis iterū auocetur, uelut Themison

aīt, ſecundum ſe, & laxamenti eſſe, & minutionis, ne initii toris efficiat. Item

ut alijs ob euacuandas uenas, quo exeat late celerius concedant atq; coētant di-

uisuræ,

A uisuræ, uelut Asclepiades, ad minuendum cursum sive spirationem, quibus paſio adiuuatur. Item de ligationibus pugnauerunt: Siquidē Xenophon & Dio *Xenophon*, nysius, & Erophilus primo libro Curationum, & Erasistratus probent articulorum faciendam conſtrictionem. Erophilus uero capit̄is, & brachiorum, & fœmorum: Erasistratus magis inguinum & alarum: Etenim laxationem sensus sanguinis approbat fieri retentionem. Asclepiades uero ad ipsum scribens libros Parafceualsticos ligationem excludit, eamq; neq; Erasistrato congruam, dicens *Libri Asclep. Libri Asclep.* osculari nō posse sub discriminē uenulas, quod Græci diaphragma uocant, uel misceri eas quæ supra diaphragma esse uidentur. Omnes etiā nostræ ſecte principes id approbasse uidentur: impressa etenim inquiunt ligature uexat, non impressa inutilis esse perspicitur. Item Antipater tertio libro Epistolarum ait teneſt *Antipater.* ri materiam quidem ligatione, sed cum fuerit indulta uel relaxata, in repentinū atq; immodicum fluorem ueniat: siquidem abſtentia causa altiora pendendo latere potius quam teneri uideantur. Item de conſtrictis cataplasmatibus plurimi diſſenserunt: Nam si Erasistratus hæc approbauit, Asclepiades excludit, tanquam materiā imprimentia, uel coērcentiā in latum reuocantia. Item acetū alij tanq; tuſſiculā uel fluorē cōmouens expulerunt, uel quod duras partes densandas faciat. Themison uero hijs repugnans adhibendū iudicauit, attestante etiam Thessalo. Alij aiunt eius acrimoniam uel nimietatem temperandam admixtione aquæ. Plurimi uero contrariarum ſectarum etiam clyſteres, atq; urinales aiūt uirtutes adhibendas. Item Diocles taurinū gluten bibendum dicit, farinæ concoctum & rubo, uel cum nepita amyllum uel marrubium, uel roſmarinum in aqua puſca dandum. Motus uero alij adhibuerunt, non ſolum fricantes, ſed etiam deambulationem imperantes poſt cibum, ut Erasistratus. Asclepiades uero de communib; adiutorijs ſcribēs, gestationem in hæmopticis prohibet. Vtūnq; tur quidam præterea etiam purgatiuſ medicaminib; ex papauere uel helleboro, aut diagridio, quod Græci ſcammonian uocant, ut Diocles. Item sudore monitibus & uomituſ, ut Praxagoras, qui etiam plurima urinalia ordinauit. Sed hæc facile iudicantur ex hijs quæ ſecundum methodicos tradidimus. Demonstranda tamen eorum contradic̄tio, & breui ratione formanda. Peccauerunt igitur, qui ſupra patientes partes ægros iacere uoluerunt: Omnis enim impreſſio ſive affectio incongrua glutinationibus approbatur. Ceciderunt etiam falſa intentione decepti, qui non addita diſcretione phlebotomia memorauerunt uſum: Non enim in omnibus oportuit prohiberi, cum fluorē ſæpe fuerit uehementis strictura complexa: Et ſi ſecundum Erasistratum osculatio uenarum ex redundantia materiæ ueniens fluorē faciat, conuenit uti detractione: Facile enim corrigi uel reparari parua uirium uexatio potest: plurima tamen ex adiutorio patientib; utilitas fuerit: Neq; item in omnibus erit approbanda phlebotomia: Nam nullo tumore apparente uexabilis iudicatur: Etenim corporis fortitudo necessariò depurgatur, & ſtomachus uitiat, atq; debilitate irruente difficile coēunt diuisuræ, & eadem patienti uidebimur ingerere, quæ prohibenda ſuſcepimus: Quippe cum non auerſio, ſed potius partitio ſanguinis fieri intelligatur, & dupli egestione celerata, nullam mortis habeat dilationem. Dehinc erit anceps, utrum irruente rurſum tumore phlebotomandi, necne ſint ægrotantes: ſed phlebotomi apertissime interficiuntur, non phlebotomi magno adiutorio priuantur. Ligations uero non tantum ad diuertendam materiam adhibendæ ſunt, ut ſupra memorauimus: quantum ad densitatem uero faciendam

C ciendam adhibendas adprobamus: siquidem imprimendo coérceant: Sed me diocriter adhibere, ne moderatione cessante uexare potius quā curare videantur. Peccat etiam Asclepiades, frigida uel constricti epithemata recusando. Sunt etiam inconsequentia Eralistrati placitis, sed officio congrue curationis efficacia: Nam solutionem constringunt, diuisuras conglutinant: quod ex uulnibus in superficie constitutis, & sub uisum uenientibus usu approbatur: Quibus apposita apertissime profuerunt. Peccant etiam non aliter, qui bendum acetum negant: Non enim in omnibus fluoribus sanguinis dandum probatur, sed in hijs qui approbato atq; largissimo fluore uexantur: In paruis enim aqua frigida sufficere potest, aut admixto paruissimo aceto. Ac si tumor fuerit attestatus, ut complexam passionem demonstret, procul dubio constringentia fugienda, quantum res pati uel admirtere possunt. Est igitur impropositum, ut ea quae incongrue adhibita nocere demonstrentur, etiam cum necessario conuenire fuerint uisa prohibenda existimentur: Etenim aduersantia solutioni tussicula ex fluore uenientem mitigant, atq; ipsum fluorem constringunt, & sanguinem retinent cohibendo, & neque inurunt: siquidem s̄a pe redditā per digestionis uias patientibus partibus adueniant temperata atque admixta, liquidis in alto constitutis: Et propterea obtusa uirtutis uiolentia perdurant. Sunt etiam clysteres contrarij: siquidem commoueant corpus, eo tempore præterea, quo conglutinationem faciendam nitimus. Hac ratione etiam urinalia medicamina atque uentriflua magis noxia iudicantur: siquidem turbent atque uexent, & uertant stomachum. Item proterius omnibus uomitus, & propterea contrariū iudicatur: Rescindit enim uulnera, nisi quis eum iam solidatis cicatricibus ob recorporationem adhibēdum probauerit. Est præterea affectatio sudorum, quam Graci aphydrosis uocant, contraria: Cum enim superflua atq; redundantia tollere uidetur, laxatiū uirtutis causa coēuntia disiungit. Item taurinū glutent tensionem atq; duritiam facit. Motus uero corporis neq; excludendos generaliter approbamus; neq; approbando: Siquidem prius quā passio declinauerit requiescere debeant agrotantes. In declinatione uero sint mouendi, sed nō post cibum: Tunc enim ob digestionem celebrandum tempus est quiescendi: quo fiet, ut prius quā cibum lumpserint agrotantes gestatione sint mouendi, secunda etiam deambulatione: Etenim parua adiectione neq; ulcerare fricantur, & in resumptione uirtus corporis excitatur.

DE PHTHISICA PASSIONE. CAP: XIII.



 Hthisis, siue ut pleriq; appellant phthoë, quod corporis faciat defluxionem, siue corruptionem, sit frequentius antecedente sanguinis fluore: Aliquando etiam longi temporis tussicula, siue catarrho thoracis cum altiora lacerantur, & primo leuius, tunc ulcerata, facientia collectionem intrinsecus: quæ cum siccata non fuerint, citius sumat passionis initium. Sed non secundum has differentias erit efficacia curationis mutanda: Siquidem antecedentes causæ, quanquam diuersæ, unam facere passionem uideantur. Sequitur autem ægrotantes febricula latens, & sape quæ initium declinante accipiat die, atque ueniente luce leuigetur, attestante tussicula plurima initio noctis atque fine cum sputis saniosis, ac paruulis, primo in hijs, qui non ante sanguinis fluore uexantur: quæ quidem admixta saliuia latere uideantur, secundo etiam plurima ferri uideantur. Hijs uero qui ex fluore sanguinis in istam ueniunt passionem, pri-
mo san-